

DIE XVII. MAIL.

**MISSA**  
**IN FESTO**  
**S. PASCHALIS**  
**BAYLON,**  
**ORDINIS SANCTI FRANCISCI.**

**Introitus.**



**Q**S justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius.

*Psal. 36.*

*Ibid.*

**Psalm.** Noli æmulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. *ψ.* Gloria Patri.

**Oratio.**

**D**Eus, qui Beatum Paschalem Confessorem tuum mirifica erga Corporis, & Sanguinis tui sacra mysteria dilectione decorasti; concede propitius, ut quam ille ex hoc Divino convivio spiritus percipit pinguedinem, eamdem & nos percipere mereamur. Qui vivis & regnas.

**Lectio libri Sapientia.**

*Ecclesi. 31.*

**B**Eatus vir, qui inventus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in

illo, & perfectus est, erit illi gloria æterna: qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Domino, & elemosinas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

**Graduale.** Justus ut palma florabit, sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. *ψ.* Ad annuntiandum manere misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. *ψ.* Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Alleluia.

*Psal. 91.*

*Jac. 1.*

**Tempore Paschali omittitur Graduale, & ejus loco dicitur Alleluia, alleluia.** *ψ.* Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Alleluia. *ψ.* Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. Alleluia.

*Ecclesi. 45.*

Sequentia



Missa S. Paschalis Baylon.

Sequência sancti Euangélíi  
secúndum Lucam.

Lucæ  
12. c.

**I**N illo tēpore: Dixit Iesus  
discípulis suis: Sint lumbi ve-  
stri præcincti, & lucernæ ardē-  
tes in manibus vestris, & vos  
similes hominibus expectantibus  
dominum suum quando revertā-  
tur à nuptiis: ut, cum venerit,  
& pulsaverit, confestim apé-  
riant ei. Beati ferveri illi, quos,  
cum venerit dominus, invenerit  
vigilantes: amen dico vobis,  
quod præcīget se, & faciet illos  
discumbere, & transiens ministrā-  
bit illis. Et si venerit in secūda  
vigilia, & si in tertia vigilia ve-  
nerit, & ita invenerit, beati sunt  
fervi illi. Hoc autem scitote, quō-  
niam si sciret paterfamilias, qua  
hora fur veniret, vigilaret uti-  
que, & non sineret perfodi do-  
mum suam. Et vos estote parati:

quia qua hora non putatis, Filius  
hominis veniet.

**Offertorium.** Veritas mea, &  
misericordia mea cum ipso: &  
in nomine meo exaltabitur cornu  
ejus.

Psal.  
66.

**Secreta.**

**L**Audis tibi, Domine, hostias  
immolamus in tuorum com-  
memoratione sanctorum: quibus  
nos & presentibus exui malis con-  
fidimus, & futuris. Per Dominum.

**Communio.** Beatus servus, quem  
cum venerit dominus, invenerit vi-  
gilantem: amen dico vobis, super  
omnia bona sua constituet eum.

Mat.  
24.

**Postcommunio.**

**R**efecti cibo potūque cælesti,  
Deus noster, te supplices ex-  
oramus: ut, in cuius hæc com-  
memoratione percépimus, ejus muniā-  
mur & precibus. Per Dominum.

